Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Quid dicet petrus tu me rebekinus ad astra
Aut wilhelmus agit dux est meus comes est meus
Petro nec pueris deus claves ecclesiarum
Tradidit atque dedit iussit hec pietas
In manibus domine rebekini atque wilhelmi
Ne me tradideris sit tibi cura mei
Sed neque me tradam quamvis in forte quod absit
Presul vim faciat exagitet que diu
Christus ob hanc causam prius appellabo petrumque
Cuius et heredem solus adibo pedem

De occupationibus episcoporum

Cum mitte sua rebekinus roma adibit
Quem nova sive sportula tecta feret
Missus et in pera veniet wilhelmus in urbem
Curia romana tota videbit eum
Nec vacuus manibus aderunt nec ventre soluto
Sed quasi preteriens et pro tempore agens
Accedent proprius venientque videre sepulcrum
Quod semper vacuum permanet atque capax
Quod deest etati tenere supplebit eorum
Bracca consortes quos habuere vite
Prestabit animos preter pedagogus eisdem
Et opus fuit sit tamen esset opus
Cui dedit ecclesias numquam non contulit annos
Et mores quales talibus esse decet
Et simili requie qui contulit omnia
Iure pari licuit illud et illud ei
Impuberes pueros pastores ecclesiarum

214v